Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bat. quando sub oculis ouium pastoris iusti sanguinē
frementiū bestiarū rabies expetebat. quando denique etiā
ipse qui pati uenerat de nrē nature cōmunione dicebat
tristis ē anima mea usq; ad mortē. Nunc autē postquā ꝑsus
ceptionē infirmitatis potentia ē clarificata uirtutis nulla
fideliū mestitudine paschalis ē obscuranda sollemnitas.
nec cū tristicia nob gestor ordo colendus ē. cum ita dns usus
sit malicia iudeor ut de intentione facinoris uoluntas sit
impleta miserentis. Si autē in exitu isrl de egypto agni san
guis fuit restitutio libtatis et sacratissima facta ē festiuitas
que ꝑhostiā pecudis iram auerteret uastatoris. quanta po
pulis xpiānis cōcipienda sunt gaudia. ꝑ quib omps pater
filio suo unigenito nō pepercit s; ꝑ nob omib tradidit eum.
ut in occisione xpi pascha esset uerum et singulare sacri
ficium. quo nō ex dominatione pharaonis unus ppls. s; ex
diaboli captiuitate tot mundus. eruerent hoc illud dilec
tissimi sacramentū. cui ab initio omia sūt famulata mys
teria. Nunc sanguis iusti abel mortē summi pastoris
eloquitur. et in parricidia iudeor cain interfector frīs ag
noscitur. Nunc diluuium et noe arca manifestat quid
sit renouationis in baptismo. et quid salutis in ligno.
Nc habraha gentiū pater ꝑmissos acquirit heredes et
in semine eius nō germen carnis s; fidi ꝑpago benedicitur.
Nc ꝑnuntiatū festis omib festū sacer nouaꝝ mensis
enituit. ut in quo accepit exordiū. in eodē haberet